



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De carne æssumpta qualis ante fuerit. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



Cap. 8. in  
princip.

conceptione assumpta, & in assumptione concepta. Unde Aug. in lib. de fide ad Petrum, Firmissime tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in utero virginis priusquam susciperetur à verbo: sed ipsum verbū Deū suæ carnis acceptione conceptum, ipsamq; carnē verbi incarnatione conceptam. Idē in lib. de Trin.

Ex princip.

c. 13. de Trin.

l. 1. & glossa

or. ad illud

ca. 1. ad R8.

Qui factus.

Non esset Dei hominumq; mediator, nisi esset idē Deus, idē homo in utroq; vnus & verus: quam seruile formam à solo filio susceptam, tota Trinitas [cuius vna est voluntas & operatio] fecit. Nō autē in utero virginis prius caro suscepta est, & postmodū diuinitas venit in carnem: sed mox vt verbum venit in uterum, seruata veritate propriæ naturæ factū est caro & perfect<sup>o</sup> homo, i. in veritate carnis & animæ natus est. De hoc etiā Greg. in moral. ait, Angelo nunciante & spiritu adueniente, mox verbum in utero, mox intra uterum verbum caro.

Greg. c. 31. li.

28. ad illud

Iob. 28. Non

adaquabi-

tur etopa-

rium.

DE CARNE QVAM VERBVM ASSVM-  
psit, qualis ante fuerit: & qualis assum-  
pta sit.

D I S T I N C T. III.

A

De Christi  
conceptione.

QVÆRITVR etiam de carne verbi, an priusquā conciperetur obligata fuerit peccato, an & talis assumpta fuerit à verbo? Sane dici potest, & credi oportet, iuxta sanctorum attestaciones, conuenientiam ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro: sed spiritus sancti operatione ita mundatam, vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo, pena tantum nō necessitate, sed voluntate assumptis remanente. Mariam quoq; totam spiritus sanctus in eam præueniens, à peccato prorsus purgauit, & à fomite peccati etiam liberauit, vel fomitem ipsum penit<sup>o</sup> euacuando (vt quibusdam placet) vel sic debilitando & extenuando, vt ei postmodum peccandi



occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoque  
generandi absq; viri semine virgini p̄parauit. Ita *Luc. 1. d*  
enim verba euangelii docent, vbi angelus virginē *Ibid. d*  
alloquens ait, Spiritus sanctus superueniet in te, &  
virtus altissimi obumbrabit tibi. Et, Quod nasce-  
tur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Cui sacra  
virgo respondit, Ecce ancilla domini: fiat mihi se-  
cundum verbum tuum. Quod exponens Ioannes  
ait, Post consensum autē sanctæ virginis Sp. S. su-  
peruenit in eam secundum verbum domini q; di- *Ioan. Dasso.*  
xit angelus purgans ipsam, & potentiam deitatis *lib. de or.*  
verbi receptiuam p̄parans simul autem & gene- *thod fide,*  
ratiuam. Et tunc obumbravit ipsam Dei altissimi *3. c. 2.*  
per se sapientia & virtus existens, i. filius Dei patri  
homouios, i. cōsubstantialis, sicut diuinum semē.  
Et copulauit sibi ipsi ex sanctissimis & purissimis  
ipsius virginis sanguinib<sup>9</sup> nostræ antique conuer-  
sionis carnem animatam anima rationali & intel-  
lectiua: non feminās, sed per spiritum sanctū creās:  
quare simul caro, simul Dei caro, simul caro ani-  
mata rationaliq; & intellectu, simul Dei verbi caro *Aug. lib. de*  
animata rationali & intellectiuo. Ex his perspicuū *fide ad Pet.*  
sit, quod ante diximus. carnem scilicet, verbi si- *t. 2. in me-*  
mul conceptam & assumptam: eandemq; immo to- *dio capitis.*  
tam virginem spiritu sancto p̄ueniente ab om-  
ni labe peccati castificatam. Cui collata est poten-  
tia nouo more generandi: vt sine coitu viri siue li-  
bidine concipientis in vtero virginis celebraretur  
conceptus Dei & hominis. Illa enim caro, quam  
Deus de virgine sibi venire dignatus est, sine vitio  
concepta, sine peccato nata est. Hanc tamen car- *Ibidem pau?*  
nem non cœlestis, non aereæ, nō alterius cuiusque *ld superius.*  
putes esse naturæ: Sed eius, cuius est omnium ho-  
minum caro.

*Auctoritate firmat ex tunc fuisse virginem im-*  
*munem à peccato.*

B

Quod autē sacra virgo ex tunc ab omni peccato  
immu-

immu-